VARIEDADES

EL TEMPLO DEL PILAR Y SAN BRAULIO DE ZARAGOZA.

DOCUMENTOS ANTERIORES AL SIGLO XVI.

Hállanse archivados, casi todos inéditos, en la basílica metropolitana del Pilar. Para la compulsa y transcripción de los textos que acompaño y de otros notabilísimos, me han valido, con su docta labor, tres individuos corresponsales de esta Real Academia: D. Francisco Moreno Sánchez, Canónigo-Archivero; D. Mario de la Sala y D. Mariano de Pano; y asimismo D. José Pellicer y Guiu, Canónigo-Tesorero del Pilar y Provisor del Arzobispado.

1.

Revelación del sepulcro y cuerpo de San Braulio en el siglo XII. Prodigios obrados por su invocación hasta el año 1272.—Archivo del Pilar, armario 1, cajón 1, legajo 1, número 8. Pergamino, alto 66, ancho 57 cm., deteriorado en algunas de sus dobleces, gastado por la humedad y desteñido por el tiempo. Letra amplia galicana de fines del siglo XIII, la cual no poco era ilegible; pero revivió bañada en cloruro de amoníaco. Es copia de otro pergamino algo anterior en edad, según aparece de la dislocación y supresión de algunas frases y de muchos vocablos. De su bello carácter paleográfico dí muestra en el tomo IX del BOLETÍN, páginas 113 y 139.

De revelatione Episcopi in limine Ecclesie Beate Marie jacentis (1).

---

(1) Letra roja, ó rúbrica.

Relatione etiam (1) dignum duximus quod Perus (2) Cesaraugustane Ecclesie Episcopus, cum multas tam a fidelibus quam ab infidelibus pateretur oppressiones, quippe cui etiam vicini Episcopi propria iura Ecclesie violenter auferre conabantur (3), nocte quadam pre tristitia incenatus recubuit. Cum autem obdormisset, videbatur sibi ante altare dei genitricis et virginis Marie suppliciter astare, in Ecclesia **ab antiquis temporibus** ad honorem ipsius in Urbe constituta, exorans ipsam ut a tribulationibus suis eum liberaret, et contra persecutores suos ei adiutrix existeret. *Ad quem beatus valerius, sacerdotali veste indutus, et venerabili canicie sub senili effigie canos habens capillos, et virgam pastoralem manu deferens, videbatur accedere dicens* (4): Miserrime, quomodo extimas evadere tribulationes, vel quomodo sanctorum auxilia implorare presumis, aut qualiter de beate marie subsidio confidis, vel quomodo deum propicium habere mereris, qui sanctum et venerabilem ipsius Episcopum in limine Ecclesie inhoneste jacere paciaris? Super sanctissimum cuius corpus omnes introeuntes Ecclesiam ingrediuntur et regrediuntur; super quem eciam mulieres transeuntes inconvenienter calcibus inmundis conculcant. Vade ergo, et sanctissimum corpus de loco predicto acceleranter extrahe, et in ipsa Ecclesia venerabiliter repone. Preca(re) ut et deum propicium, et sanctorum subsidia, et eundem adiutorem in tribulationibus tuis habere merearis; nec te terreat amplius persecutor. At ille respondens, huius rey ignarum se penitus fuisse testabatur. Tunc sanctus valerius, apprehensa manu eius, ad locum sepulcri deduxit; et tumuli longitudinem, virga ter percuciens, signavit.

Mane autem facto, convocato Capitulo, Episcopus fratribus visionem revelavit. Deinde ad Ecclesiam beate Marie cum mul-

---

(1) La relación á la que ésta seguía fué probablemente la de los milagros de la Virgen del Pilar, escrita ó ampliada por el mismo autor, que no comparece en el archivo.

(2) Sic; del catalán *Pere*, ó del antiguo castellano *Pero*.

(3) Don Pedro de Librana, cuyo pontificado se señaló por continuas lides contra los moros, ajustó concordia de límites diocesanos con el obispo de Pamplona en 30 de Noviembre de 1121, y con el de Tarazona en 4 de Diciembre del mismo año.

(4) Lo incluído entre asteriscos está relegado por el manuscrito al pie de la relación.

tis testibus accelerans (1), Tumuli locum et signa, que beatus valerius ibidem virga fecerat, indubitanter ostendit.

Post dies autem ali[quot ad] huius rey spectaculum populi facto Conventu, Sepulcrum effodiens vas invenit lapideum, supposito lapide decenter cohopertum. Quod, et cunctis videntibus, aperiens, Reliquias et ossa pontificis infra reposita propalavit. Cuius episcopalem dignitatem pontificalia ibidem reperta, virga et anulus (2) approbabant. Populo itaque admirante et de divino gratulante oraculo, venerabile corpus cum hymnis et cantibus de sepulcro extulit, et ante altare beate Marie decentissimo reverenter collocavit mauseolo.

In quo usque in hodiernum diem (3), omnium civium testimonio quiescere comprobatur, pluribus egrotis restituens sanitatem; ipso prestante qui vivit et regit [nos in secula. Amen.]

Quoniam sanctorum miracula fidelibus ad edificationem virtutum habentur recolenda, nunc debent esse recitata, cum in merita ta(ntam) expiacionem faciant a peccatis; neque temeranti(bus) aut presumptuosis pro[derunt] si neglecta vel per inherciam pretermittantur. Quod si, dum (deo) nunc obediendo fiant, conscribantur, prestet in omnibus intercedendo (dominus) loquendi adiutorium, atque de se ut digne scribatur auxilium. Iccirco aliqua de miraculis (4) beati Brauli confessoris atque pontificis, cui dominus **a longo iam tempore** (ea) fecit, et facit cotidie, enarramus; quibus tam legentium mentes quam audientium confortent, et fides catolica roboretur (5).

1.—ERA M.ª CC.ª lxxx.ª vij.ª (6), mense febroarii, uxor B(ernardi) de la Candela, francha nomine, multotiens terrebatur a diabolo, in tantum quod per magnam (h)oram sine sensu et quasi demens permanebat. Quadam etiam die visum fuit sibi quod quidam homo intrabat domum suam, tenens venabu-

---

(1) Desde su morada, contigua á *la Seo*, ó catedral del Salvador.

(2) Bien fuese por la inscripción del anillo, por el epitafio ó por otros indicios, lo cierto es que se averiguó ser de San Braulio el cuerpo así descubierto. El autor del relato no lo dice, pero lo supone, y se ciñe á copiar las lecciones primitivas de la fiesta de la invención.

(3) Año 1272.

(4) Manuscrito: «miracula».

(5) Numeraré los milagros para mayor claridad y distinción.

(6) Año 1249.

lum (1) in manu, (et) ibat percutere maritum suum; et ipsa, videns hoc, surrexit, et clamans magnis vocibus excitavit maritum suum, qui dormiebat in lecto suo; et hoc accidit de die, (h)ora quasi meridiei, mense predicto. Hoc facto, ipsa commendavit se deo et beato Braulio, et fecit stadalem (2) suum ardere super (altari) quo stat corpus beati Braulii; et postea, diabolus eam non terruit nec temptavit.

2.—Item quedam alia mulier, que vendit vasa vitrea, similiter a diabolo terrebatur, et comendavit se deo et beato Braulio, et fecit ardere stadalem suum ante altare predictum; et statim fuit a predicta vexatione liberata; et (h)oc accidit eodem tempore et eodem mensse.

3.—Item quedam alia mulier sepe in die perdebat sensum, et stabat per magnam horam quod nesciebat ubi erat; et hoc accidebat in via quandoque, quandoque in domo et aliis locis; et comendavit se deo et beato Braulio, et fecit stadalem suum, et vigilavit per unam noctem in Ecclesia beate Marie predicte; et fuit ab infirmitate predicta liberata. Et hec fuit filia dompne Guallar, *panadera et posadera.*

4.—Item quedam alia mulier Alamanda nomine, (et) matèr ipsius *fuit* (3); et videbatur sibi que (4) mater sua veniebat ad eam qualibet nocte, et petebat a filia filium suum (5) quem dicta A(lamandu) filia habebat de marito proprio. Postea vero, filius predictus A(lamande) filie predicte factus (est) contractus, ita quod exteriores partes brachiorum revolute sunt interius, et manus facte sunt clause, nec poterat eas aperire nec extendere; pedes vero et tibie fuerunt extense ita fortiter quod non poterat pedes figere nec tibias plicare. Et comendavit eum pater suus deo et beato Braulio; et incontinenti aperuit puer manus et acce-

---

(1) Manuscrito: «benabulum».

(2) Cirio, hacha ó candela de cera. *Estadal*, en este sentido, no es voz anticuada, sino aragonesa de uso corriente. En la cantiga VIII de Alfonso el Sabio se dice de un exvoto parecido:

«Cad' an' un grand' *estadal*
lle trouxe a ssa igreia.»

(3) Cuya madre había fallecido. Compárese el vocablo francés *feu* (difunto).

(4) Sic.

(5) Hijo de la hija, ó nieto de la difunta.

pit *Pater noster* (1) quod (2) mater sua, que tenebat eum in brachiis, habebat ad collum; et figit pedes et stetit. Postea vero, post duas vel tres septimanas, mortuus est puer, factus tamen sanus; et hoc accidit eodem tempore et eodem mensse febroarii (3).

5.—Item quidam puer parvus erat demoniacus; et pater ipsius, videlicet Petrus de penia, et mater eius Urracha comendaverunt (4) eum deo et beato Braulio; et vigilaverunt in Ecclesia per unam noctem, et fecerunt quandam ymaginem ceream, et suspenderunt eam ante archam in qua repositum est corpus beati Braulii; et sanus factus est, ita quod non arripuit phantasiam (ipsius ultra) ginus (5) inimicus.

6.—Iterum maritus nepotis (6) Valerii de Çaragoça *la viella* ivit ad Sanctam Mariam de Salas (7) die lune post festum resurreccionis domini; et in via inflaverunt (se) tibie ipsius, ita quod non poterat requiescere nec dormire; et comendavit se deo et beatus Braulio confessori predicto, et portavit unam libram oley ad lampadam, et statim curatus est.

7.—Item quidam Scutifer P(etri) Cornelii (8) infirmatus est; et infirmitate ipsius brachium inflatum est in tantum quod non poterat elevare ipsum nec valere se de ipso; et comendavit se deo et beato Braulio, et statim sanus factus est; et secutus est dominum suum [P(etrum) Cornelii in domo Petri de Belmano.

8.—Item Ivus Garcia de Scatron (9), et uxor eius Menga (10), erat contractus manibus, [et pedibus, nec eas ori admovere poterat], nec se pascere nisi alius movens pasceret; et comendavit se deo et Confessori predicto, et statim eadem die sanus factus est; et in nocte ipsemet pedibus suis venit ad Ecclesiam, et vigilavit ante corpus beati Confessoris predicti.

---

(1) El rosario.
(2) Manuscrito: «quos».
(3) Febrero de 1247.
(4) Manuscrito: «comendavit».
(5) Del árabe جنّ *(dchinnun)*, genios maléficos ó demonios.
(6) Sobrina, en catalán *neboda*.
(7) Frecuentemente cita este santuario el rey Alfonso X en sus cantigas.
(8) D. Pedro Cornel era mayordomo del reino de Aragón en 1236.
(9) Escatrón, villa del partido de Caspe, en la provincia de Zaragoza.
(10) Cuya mujer era ó se llamaba Menga.

9.—Item quidam scutifer Prioris sancte Christine (1) infirmatus (est), et infirmitate amisit sensum; et curatus etiam de infirmitate remansit stultus in tantum quod percuciebat homines et mulieres, domo in qua erat (2), pugnis et lapidibus. Et comendavit ipsum (Prior) deo et beato Braulio, et promiserunt quod vigilarent cum ipso ante corpus predicti Confessoris; et eadem nocte dormivit et requievit, et recuperavit sensum et sanus factus est. Et hoc accidit a prima die mensis aprilis usque ad primam diem mensis Madii.

10.—Item quidam scolaris (3) de sancta Christina non poterat loqui nec aperire os, nec accipere corpus Christi, et torquebatur quasi demoniacus; et comendaverunt (4) eum deo et beato Braulio, et miserunt stadalem ad collum suum, et statim aperuit os, et recepit corpus Christi, et recuperavit sensum et loquelam, et sanus factus est.

11.—Item mulier *de la puarta* (5) *Çineia* (6) portabat in brachiis suis filium suum, quem habebat infirmum ad Ecclesiam

---

(1) Hospital famosísimo situado en el puerto de Canfranc y dentro del término de esta villa. En el itinerario de Antonino corresponde á la estación *Summo Pyreneo*, sobre la vía romana que enlazaba la capital del Bearne *(Beneharnum)* á Zaragoza. Lo amplificó suntuosamente Gastón IV, vizconde de Bearne, héroe de la primera cruzada y compañero de armas de Godofredo de Bullón y del rey Alfonso el Batallador. A él se debió en gran parte la reconquista de Zaragoza (18 Diciembre 1118), y en premio obtuvo el patronato de la iglesia del Pilar y el señorío de su barrio ó parroquia. Dispuso que le enterrasen delante de la Virgen y así se hizo; pero su sepulcro y el de su viuda, que estaban debajo de los arcos de la puerta, á mano izquierda entrando por el atrio, han desaparecido. Queda, sin embargo, en el tesoro del templo la bocina de marfil que el heroico vizconde hizo resonar en mil combates, y en la que se ven entallados los doce trabajos de Hércules.

(2) Hospital de hombres y mujeres.

(3) Escolar, ó aprendiz de la escuela de obreros. En el poema del hospital de Roncesvalles, escrito en la primera mitad del siglo XIII, leemos (BOLETÍN, tomo IV, pág. 175):

«Plures nutrit orphanos hec materno more,
Eos pie corrigens manu virgis ore,
Ut sic discant vivere manuum labore
Ne cogantur querere victum cum rubore».

(4) Manuscrito: «comendavit».

(5) Sic.

(6) *Puerta Cineja* meridional de Zaragoza.

beate Marie; et in via mortuus est, ita quod mater verecundabatur tenere eum, quoniam iam erat mortuus et factus rigidus; et intravit ad Ecclesiam beate Marie maioris; et proiecit eum ante altare ubi positum est corpus beati Brauli, et comendavit eum deo et beato Confessori predicto; et incontinenti puer revixit, et vocavit fratrem suum parvum quem habebat, et sanus factus est.

12.—Item filia Martini Garçes *corredor de las bestias* erat contracta manibus et pedibus; et mater comendavit eam deo et beato Braulio, et curata est statim.

13.—Item quidam homo de Alfoceya (1) amiserat loquelam, et stetit bene per v.e (2) Septimanas qui non loquebatur; et in corde suo comendavit se deo et beato Braulio, et recuperavit loquelam; et primum verbum quod dixit nominavit *beato Braulio;* et vigilavit ante corpus Confessoris predicti, et nominavit *omnes Sanctos.*

14.—Item dona Augustina *den cabila* (3) infirmabatur; et fuit Cappellanus comunicare eam et jacebat ore clauso et non poterat aperire os eius, nec ita recipere corpus christi, et erat quasi mortua; et comendavit eam deo et beato Braulio, ipsemet Cappellanus misit stadalem ad collum eius; et incontinenti aperuit os et recepit corpus christi.

15.—Item in mense Septembris, quedam aura venti tetigit quendam hominem, Tomas nomine, qui custodiebat gregem suum ovium, et statim volvit os et occulos ad maxillam, ita quod nullus volebat videre eum; et dixerunt matri sue, Sancie nomine, que (4) comendaret eum deo et *beate Marie* et sancto Braulio, et fecit sic; et misit ei stadalem, et vigilavit per duas noctes ante corpus beati Braulii, et statim recessit ab eo infirmitas, et sanus factus est, et directus ita sicut prius.

16.—Item in mense Novembris, filia Clavere uxoris Bartolomei de Çupharia (5) habebat malum in occulo, ita quod non videbat de illo occulo; et dixerunt matri sue que comendaret (eam) deo et beato Braulio, et fecit ita; promisit ei que veniret et vigi-

---

(1) Alfocea, villa distante dos leguas de Zaragoza
(2) Quinque.
(3) Sic.
(4) Sic.
(5) Zuera, villa de la ribera del Gállego, á cinco leguas de Zaragoza.

laret cum ea ad Ecclesiam beate Marie maioris Cesarauguste; et facta promissione occulus infirmus intumuit in quantitatem pugni; quo facto, tota infirmitas et malum cecidit de occulo, sicuti mantellus caderet ei de oculo, et sanus et planus factus est occulus sicut alter, et vidit cum eo sicut unquam vidit melius. Et de his duobus miraculis testis est dompnus Johannes egidii subsacristanus beate Marie, qui hoc vidit et audivit (1).

17.—Item quidam puer de Parroquia sancti Blasii, filius cuiusdam questoris sancti Lazari Cesarauguste, et vocabatur pater eius *don Martin de Farinellas* (2), et pater et mater tenebant eum mortuum, et non aperiebat occulos; pater et mater ipsius cum magno dolore comendaverunt ipsum deo et beato Braulio, et fecerunt sibi stadalem; et incontinenti aperuit occulos, et statim locutus est, et sanus factus est.

18.—Item dompnus Martinus [e]gidii it[er agens] perdiderat quendam falconem quem diligebat multum, ideo quod diu quesiverat ipsum et non poterat invenire, et comendavit ipsum deo et beato Braulio; et dixit quod mit(t)eret (in) lampade sancti Braulii II libras oley, et faceret ymaginem ceream in specie falconis, que staret coram corpore (3) confessoris predicti. Quo facto quodam die ipse ibat ad Ortam (4) cum hominibus suis; et venit ipse falco; et posuit se in l[an]cea unius illorum hominum qui tendebant cum eo; et statim recuperavit falconem suum (5.)

19.—Item domnus Guillielmus (6) Arnaldi deusa (7) mercator exercebat officium mercatoris, et quasi moriebantur omnia animalia que emebat ad exercendas mercaturas suas; et audivit de miraculis predicti Confessoris a vicinis suis, et comendavit se et animalia sua dicto Confessori, et fecit unam figuram ceream

---

(1) Don Juan Gil Tarín era jurado de Zaragoza en 4 de Junio de 1261.

(2) Martín Alonso de Arenillas? Vivía en 1255.

(3) Manuscrito: «corpus».

(4) Santa María de Huerta en la provincia de Soria, partido de Medinaceli. Su estación entre las de Arcos y Ariza dista de la de Zaragoza 149 kilómetros.

(5) Parecidos á éste son los relatos de las cantigas XLIV y CCCLXVI de Alfonso el Sabio.

(6) Manuscrito: «Guillielmi».

(7) Eauze de Francia, la antigua *Elusa*, en el departamento del Gers.

ad bestie similitudinem, que est ante corpus Confessoris predicti; et statim cessavit mortalitas bestiarum.

20.—Item quadam die, mane, quedam mulier duxit neptulam suam mutam, bene per xv.[m] dies, ante altare Confessoris predicti; et rogavit duos Canonicos, qui presentes erant, flens et ejulans ut rogarent predictum Confessorem quod dominus restitueret sibi loquelam. Et finito Responsu *Sancte Braule*, unus predictorum Canonicorum tenebat Rosam, et alius quendam ganivetum (1). Et dixerunt ei quid est hoc? Dixit ipsa: Rosa. Et hoc? Ganivetum. Et ita recuperavit loquelam (2).

21.—Ac(c)idit autem **nuper** apud Çufariam (3) quod Sancius de Alvero (4) et Maria uxor eius habebant filium duodecim annorum, et ipse puer mortuus fuit et eius corpus diu fuit exanime; et cum calefaceret aqua(m) ad balneandum corpus dicti defuncti, quedam bona mulier comendavit ipsum beato Braulio, et recepto stadale, statim revixit.

22.—Accidit vero tempore bone memorie A(rnaldi) de Peralta quondam Episcopi, quod Cesarauguste ipso Episcopo ultimam sinodum celebrante (5), quod Alfonsus molinero corpus defuncti filii, a domo propria usque ad ecclesiam beate Marie Maioris Cesarauguste, in ulnis ferens, ipsum coram altari beati Braulii pro(j)iciens, precibus dicti Confessoris puer statim revixit.

23.—Item apud Cesaraugustam supplicatione (idipsum promeruit) quedam mulier vidua, habens filium xx.[ti] annorum carnificem, qui mortuus fuit, cujus corpus a media nocte husque ad primam fuit sine anima; et omnibus paratis ad sepelliendum ipsum, quedam vicine matris dicti defuncti commendaverunt ipsum beato Braulio; et recepto stadale, precibus dicti Confessoris dominus Jhesus christus vivum reddidit matri sue; cuius mortuale (6) pendet coram altari dicti Confessoris in ecclesia sancte Marie majoris Cesarauguste.

---

(1) Cañivete, en catalán, *ganivet*, francés, *canivet*.

(2) La relación de los milagros siguientes es de letra menos firme y correcta, y al parecer se trazó por el mismo autor en 1272 para que sirviese de complemento á los anteriores, acaecidos antes del año 1270.

(3) Zuera.

(4) Albero, en la provincia y partido de Huesca.

(5) ¿Domingo, 19 de Julio de 1271?

(6) Mortaja, ó paño mortuorio.

24.—Item istud non est pretereundum quod dominus episcopus bone memorie A(rnaldus) de Peralta, tempore mortis sue, per tres dies ante obitum suum amisit (1) loquelam, ita quod rumor erat per civitatem Cesarauguste, et etiam extra quod iam mortuus esset; et frater ejus (2) et clerici comendaverunt ipsum beato Braulio suo predecessori; et dominus Jhesus precibus et meritis beate Marie et dicti sancti Confessoris restituit sibi plenum sensum et loquelam; quibus restitutis, ordinavit facturam, et fecit bona famulis suis (3).

La revelación del cuerpo de San Braulio no debe colocarse en el siglo XIII, sino en el anterior. El pergamino desteñido y corroído, donde hacia su extremo aparece el nombre del obispo Arnaldo de Peralta, dió margen á varios autores para fijarse en el tiempo y en los últimos años (1248-1271) de este gran prelado de Zaragoza (4). Risco refutó semejante opinión, advirtiendo (5) que «en las lecciones que se rezaron antiguamente en la Iglesia de Zaragoza en el día de la invención del santo cuerpo (6), se dice que el obispo se llamaba Pedro; de donde—añade—se infiere que la revelación se hizo á D. Pedro Garcés de Januas, que presidió desde 1272 hasta 1278.» No anduvo más acertado, así por lo tocante al nombre del obispo, como al tiempo, D. Vicente de la Fuente, dando por cierto (7) que el cuerpo de San Braulio «fué hallado en la Santa Iglesia del Pilar de Zaragoza, por revelación, el día 19 de Julio de 1230»; es decir, cuando regía la diócesis D. Sancho de Ahones. Antes de Arnaldo de Peralta no la rigió ningún *Pedro* en el siglo XIII. En el anterior solamente figuran con este nombre Pedro de Librana (1118-1129) y Pedro de Torroja (1153-1182). Dos puntos, que

---

(1) Manuscrito: «Admisit».

(2) Ramón de Peralta.

(3) Murió en 1271, después de muy entrado Julio. El obispo estaba obligado á ordenar su hacienda, ó hacer inventario de sus bienes, antes que falleciese, para que no se defraudasen á la Mitra, conforme lo estableció el concilio de Tarragona del año 1239, constitución XVI.

(4) Henschen y Papebroch, *Acta sanctorum*, ad diem XVIII Martii, de sancto Braulione, num. 21.

(5) *España Sagrada*, tomo XXX (2.ª edición), pág. 169. Madrid, 1859.

(6) 19 de Julio.

(7) *Historia eclesiástica de España*, tomo IV (2.ª edición), pág. 286. Madrid, 1873.

se avienen con la relación del autor anónimo, se verifican por ambos lados: que después de largo tiempo *(a longo iam tempore)*, contado antes del promedio del siglo XIII, las reliquias de San Braulio hubiesen hecho incesantes prodigios; y que el obispo, á quien San Valerio amonestó revelándole dónde estaban, tuviese con éste devoción singular. Y con efecto (1), D. Pedro de Torroja trasladó á su catedral, desde Roda, la cabeza de San Valerio en 25 de Diciembre de 1170; y D. Pedro de Librana había trasladado desde el mismo sitio el brazo del Santo en 20 de Octubre de 1121. Pero, hay más. Las actas genuinas de la revelación del cuerpo de San Braulio hacen constar que el obispo Pedro se hallaba sumamente aquejado no solo de parte de los obispos comarcanos, con quienes vino á concordia en 30 de Noviembre y 4 de Diciembre de aquel mismo año, sino también por parte de los moros *(tam a fidelibus quam ab infidelibus)*; circunstancias que únicamente en Pedro de Librana concurren. Cumple, de consiguiente, opinar que mientras D. Pedro de Librana estuvo agenciando la adquisición del brazo de San Valerio, este Santo se le apareció durante la noche del 18 al 19 de Julio de 1120. Cabalmente en aquellos días (22 de Julio) de este año aconteció la terrible batalla de Cutanda (2), que puso á Zaragoza en peligro gravísimo de recaer en manos de los infieles.

Ni debe sorprender que las Actas aclamen el templo del Pilar, trasladándose al año y día de la revelación, por iglesia, ya entonces desde remotos tiempos arraigada y permanente en Zaragoza á honra de la Virgen, Madre de Dios, con el altar á ella dedicado *(ante altare, in ecclesia Dei genitricis et virginis, Mariae, in ecclesia ab antiquis temporibus in urbe constituta.)* Lo propio, y con mayor energía, expresó D. Pedro de Librana en su circular (3) á los fieles de toda la cristiandad (4), para que

---

(1) *España Sagrada*, tomo XXX, páginas 110 y 111.

(2) Codera, *Decadencia y desaparición de los almoravides en España*, página 266. Madrid, 1899. Compárese el tomo X del BOLETÍN, páginas 347-350.

(3) Migne, *Patrología latina*, tomo CLXIII, col. 508.

(4) «Beatae et gloriosae virginis Mariae ecclesiam, quae diu, proh dolor! subiacuit perfidorum sarracenorum ditioni, liberari satis audivistis, quam beato et antiquo nomine sanctitatis ac dignitatis pollere novistis.»

contribuyesen con sus limosnas al reparo y decoroso culto de esta iglesia celebérrima los que á ella no pudiesen acudir con peregrinación fervorosa. Ni esta circular, ni la bula de Gelasio II (1), que por ella se nos ha conservado, pueden excitar el menor reparo al crítico que atentamente las examine. Debió expedirse en 1119, á raíz de la liberación de la ciudad, y se ofrece confirmada por los prelados que podían y quisieron hacerlo. Bernardo, Arzobispo de Toledo y Legado en España de Gelasio II (2), y los obispos Esteban de Huesca, Sancho de Calahorra y Guido de Lescar en Bearne. Dos años más tarde, pasando por Zaragoza con este último prelado, y dirigiéndose con él á Santiago de Compostela (3), el cardenal Bosón, Legado de Calixto II, confirmó la circular, que debió producir abundantes limosnas y atraer peregrinaciones innumerables de todo el mundo á la insigne basílica. Y no se crea que falten pruebas directas y concluyentes para demostrar que D. Pedro de Librana expuso una verdad histórica; que no podía exagerar apelando, como apeló, á la conciencia pública del orbe cristiano. Bajo la dominación sarracena no dejaron de existir en Zaragoza iglesias mozárabes, de las cuales era madre y catedral la del Pilar, en el año 855, según se evidencia por el testimonio de Aimoino, monje eruditísimo del monasterio de San Germán de París (4), que floreció en aquel tiempo, y la llamó *ecclesia beatae Mariae semper virginis, quae est mater ecclesiarum eiusdem urbis.* Algunos autores han pretendido desvirtuar la prueba que de ahí se infiere, porque les parece que la narración de Aimoino adolece de falsedad, describiendo la figura del obispo Senior con colores denigrativos y muy diversos, de los que empleó San Eulogio en su célebre carta á Wiliesindo (5); pero, en primer lu-

---

(1) Alais *(Alesia)* en el departamento del Gard, 10 Diciembre 1118.—Loewenfeld, *Regesta pontificum Romanorum,* núm. 6665; Leipsick, 1885.

(2) Fallecido en Cluny á 29 de Enero de 1119.

(3) *Historia Compostellana*, libro II, cap. 37.

(4) Migne, *Patrología latina*, tomo CXXVI, col. 1016.

(5) «Cumque a vobis egrederer, festinus ad Caesaraugustam perveni causa fratrum meorum..... Aliquamdiu vero apud Seniorem pontificem, qui tunc rectis moribus eamdem urbem regebat, demorans, postea Complutum descendi, raptim per Segontiam transiens civitatem, in qua tunc praesulatum gerebat vir prudentissimus Sisemundus. Et cum ab antistite Complutensi Venerio digne susciperer, post quintum diem Toletum perveni.» Migne, *Patrol. lat.*, tomo CXV, col. 347 y 348.

gar, la falsedad, si alguna hubo, no ha de achacarse al escritor, que refiere concienzudamente lo que sabía, sino al monje Audaldo, que, exasperado por el mal trato que le dieron en Zaragoza como á monje díscolo y vago, que hurtaba sagradas reliquias y no daba razón de ellas, exageró la severidad de la cuestión de tormento, que justamente le aplicaron, y miró al obispo Senior bajo el mismo prisma con que había de ver á Don Alfonso el Batallador la animosidad de la *Historia Compostelana*, que lo llama pérfido, cruel é impío. Si Córdoba, Toledo, Alcalá de Henares, Sigüenza y Zaragoza tenían entonces sus respectivos prelados é iglesias y monasterios, y disfrutaban los cristianos mozárabes, de parte de los moros, tolerancia para su culto y clero, ¿cómo negar que estuviese provista Zaragoza de Catedral? Y que ésta no era la iglesia del Salvador, á la sazón mezquita mayor, claro está y nadie lo duda.

Por lo demás, una vez que se haya demostrado la existencia de la iglesia del Pilar durante la época musulmana de Zaragoza, se puede inferir que transciende á la época visigótica, ó, por lo menos, al siglo VII, en que vivió San Braulio. Porque los musulmanes, por regla general, no consentían á los cristianos erigir nuevas iglesias, ni reedificar, ni amplificar las antiguas. El monje Aimoino pasa más adelante, por cuanto él pensaba y se decía en el siglo IX que la iglesia del Pilar era la catedral de la que había sido arcediano el mártir San Vicente (1). Fuéselo ó no, pues no lo tengo por bien averiguado, justo será concluir que en ella, ó en su recinto, fué enterrado, luego que falleció San Braulio, ocultándose bajo el rodar de los siglos la memoria del sitio puntual del sepulcro en que yacía el sagrado cuerpo ante *el Pilar*.

2.

Vallvidrera, cerca de Barcelona, 26 de Junio del año 987. Reconocimiento jurídico del testamento de Moción, hijo de Fruya; el cual falleció

---

(1) «Quod stupens nimiumque admirans, et aestimans omnino quod erat plane alicuius sancti martyris corpus, iussit (Senior episcopus) illud auferri, atque in ecclesia beatae Mariae semper virginis, quae est mater ecclesiarum eiusdem urbis veneranter recondi, in qua olim sub Valerio pontifice idem martyr strenuusque athleta, archidiaconi arcem insignis tenuerat.»

en Zaragoza durante el mes de Febrero del año anterior y dejó una manda á la iglesia del Pilar. Publicó este instrumento D. Antonio Campillo, mas no con exactitud (1), sirviéndose de una copia infiel. El original, de pergamino antiquísimo y roto en parte, existía, á principios del siglo XVIII, en el Archivo episcopal de Barcelona, del que posee una copia, entonces legalizada, D. Salvador Sampere y Miquel, á la cual me atengo, notando las peores variantes que introdujo Campillo.

Annus Domini DCCCCLXXXVI (2) anno XXXI regnante Leutario Rege (3), die kalend(arum) Julii, quarta feria (4), obcesa est Barchinona Civitate a Sarracenis; et permittente Deo et impediente peccato nostro, in eodem mense II nonas (5) capta est ab eis, et ibidem inde peri(i)t (6) omnem substantiam quam ibidem congregaverant homines terre illius. Ibidemque capti vel mortui sunt omnes habitantes eadem Civitatem, vel eisdem Comitatu, qui ibidem inhabi(ta)verant (7) ad custodiendum vel defendendum ea; et qui residuus existitit morti, captivus ductus est usque in Cordoba, quos [inter, et]iam ductus est et hunc Motionem filium Fruia (8) quondam.

Ex parte namque de eis testaverunt ibi facultates suas ad invicem; et (9) si quis eorum anuente Domino primitus reversus fuisset, potestatem habuisset ad distribuere suam facultatem quemadmodum ipse eis testabat. Sed prelibatus Motion, auxiliante Deo reversus est a Corduba usque in Çaragotia (10), et ibidem infirmatus est infirmitate unde obiit, atque ethiam testavit ibi omnem suam facultatem, sicut in suum testamentum resonat.

Essitationem namque maxima inter Judices terre illius fuit de hoc et[iam] quam sancti Patres sancxerunt, altercante invicem quomodo stabilis habebitur voluntas qui infra sex menses publi-

---

(1) Disquisitio methodi consignandi annos Æræ christianæ, apéndice VIII. Barcelona, 1766.

(2) Según el cómputo Pisano. Corresponde al 985 de la era vulgar.

(3) Empezó este año 31 del rey Lotario en 10 de Septiembre de 984.

(4) Campillo: «Julii III nostra obsessa».

(5) En el tomo VII del BOLETÍN, pág. 192, he probado la verdad cronológica de estas indicaciones. Barcelona fué sitiada por Almanzor en miércoles 1.º de Julio y tomada y destruída en lunes 6 de Julio de 985.

(6) Campillo: «deperiit».

(7) Campillo: «introierant».

(8) Campillo: «captivus ductus est et hunc Motionem filium Fruiani».

(9) Campillo: «ut».

(10) Campillo: «Caragotza».

cata non fuerit atque secundum ordinem legum exacta (1). Audivimus denique quendam qui testavit facultatem suam ad quosdam, et unus ex eis non evasit captivitatem ut perficeret opus ad constituto tempore, nec in ipsa captivitate pro nimia pressura perficere nullo modo potuit, ita obviante lex (2) eius testamenta, etiam quia sex menses compleverunt insuper et annum unum vel duobus. Quædam vero ex eis [quidam] dixit (3): decet namque quotquot enim de hac re sancti Patres sanxere. Ad ultimum instituerunt in libro Gotico qui est et x.°, sive dezzenalis (4) vel quinquagenares numero impediat [t]um religatis, nec nulla diuturna vel longevitate temporum in eorum actionibus iungatur, sed omnem (5) quocumque vel quandocumque relegatione vel exilio ereptus fuerit sequi nominibus indubitanter liceat (6). Ipsi etenim memores fuere religatis (7); et nos sane salutaria remedia non convenit negari, sed tota virium intentione decet adiutorium ferre defunctis.

Ideo igitur nunc liceat (8) testamenta premissa una cum suis testibus qualiter distribuit et prememoratus Motion suam facultatem. Iussit nempe ut fierent eleemosinarii sui fratri suo Aurutio et Trasobado et Ela femina (9) uxorem Trasobadi.

In primis concessit ut donare fecissent *ad sancta Maria, qui est sita in Çaragotia*, et ad sanctas Massas qui sunt foris muros (10) solidatas centum. Et ad domum sancti Michaelis qui est infra civitatis (11) Barchinona donare fecissent ipsum suum alaudem qui[est] in Bagnarias (12). Et ad sancta Cruce et sancta Eulalia Sedis Barchinona, ipsa faxia de terra, qui ad sancta Eu-

---

(1) Fuero Juzgo, lib. II, título V, ley 13.
(2) Campillo: «et obviavit legi».
(3) Campillo: «Quidam vero ex eis dixit».
(4) Campillo: «et decimo ne tricenalis».
(5) Campillo añade «eorum negotium».
(6) Campillo: «sequi in omnibus indubitanter habeat».
(7) Fuero Juzgo, libro X, tít. II, ley 6.
(8) Campillo: «dicat».
(9) Campillo: «Egasinam».
(10) Santa Engracia; iglesia que ciertamente no fué catedral, porque en el año 1063 el obispo de Zaragoza Paterno, con el asentimiento de su clero, la adjudicó á la Sede de Huesca, establecida entonces en Jaca.
(11) Dentro de la ciudad.
(12) Bañeras, cerca de San Boy de Llobregat.

alia foris muros (1). Et ad sancti Petri cenobii (2), qui est foris muros penes domum almi Saturnini ipsum suum hortum qui fuit de mater sua. Et ad sancti Petri de Riaria (3) iussit cartam fa[cere donationis] de ipsa sua turre et de ipsas terras qui sunt *invirone* (4) de ipsa turre cum ipsa vinea qui ibidem est; in tali videlicet ratione quod tenuisset illud de fratri suo Aurutio, et per cartam exinde fecisse[t] ad uxori sue aut filiis suis aut propinquis suis, et ipse que accepisset donare exinde fecisset solidos quinque omni anno ad iam dicto sancto Petro. Et ad sancta Maria, qui est sita in valle vitraria (5), ipsa sua vinea, quod plantavit Lima. Et ad domum sancti Justi, que est in Veruce (6) ipso suo campo in torrente malo..... ipso suo alaude de ipsa Marca et de Arbatias (7) cartam exinde fecissent ad uxori sue, in tali videlicet ratione ut tenuisset et possedisset omnibus diebus vite sue sine blandimentum, et post obitum suum remansisset ad filios et filias (8) qui de se et illa fuerint..... Et ipsum suum alaudem qui est in Penitense (9) [et] ubi dicunt Ventaliolo (10) vindere eum fecissent in captivos in remedium anime sue. Et ipsum suum alaudem qui est ad ipsa Parella et ipso molino qui est ad Bisaucio (11) charta inde fecissent ad filio suo Wisado si remeasset (12), et ille donare fecisset solidos c. ad sancta Maria sita in domu sancti Iacobi de Barchinona (13); et si ipse non venisset vindere fecissent per ipsos centum solidos et donare fecissent eos ad sancta Maria iam dicta. Et de suum panem et vinum et

---

(1) Santa Eulalia del Campo, donde en 1155 el obispo Guillermo puso la Colegiata de canónigos regulares.

(2) San Pedro de las Puellas.

(3) San Pedro sobre la *riera*, ó rambla de Rubí, cerca de Vallvidrera.

(4) Francés *environ*.

(5) Vallvidrera.

(6) Campillo: «Berce». Parece ser San Justo Desvern, cerca de Cornellá, á mano izquierda del Llobregat.

(7) Campillo: «Arbutias».

(8) Aquí termina con un *etc.* el texto legalizado que posee el señor Sampere. En adelante me atengo al impreso de Campillo.

(9) Panadés.

(10) Ventajol en la provincia de Gerona, partido de Olot, á la derecha del río Fluviá.

(11) Río Besós.

(12) De su cautividad en Córdoba.

(13) Altar de la Virgen en la iglesia parroquial de Santiago.

vestes donare fecissent. Et de sua usibilia et de ipsas suas terras, quod habebat in Bancellos (1) iussit chartam facere ad sancti Petri de Rodas. Et ipsa sua terra quod habebat iuxta sancti Vincentii (2) vindere fecissent, et ipso precio dare ad Ermesinda captiva. Et cum hec omnia ordinavit, sic obiit de hoc dicto mense Februarii anno tricesimo [I]I (3) regnante Rege suprascripto. Et ego Aurucio et Egasina (4) reversi sumus de captivitate anno primo Regnante Ludovico Rege filium Leutarii Regi (5).

Itaque ego Aurucio et Egasina in presentia residentium sacerdotum, idest Audevarus et Placianus, et iudicum idest Aurucio, Filipater, Domni et Borrello iudici qui et scriba, et in presentia Arvendo, et Gondamar, et Vassallo, et Ioanne et Vivane et Seniofredo, et Altemiro, et Gustrimiro, et Sondere(do), et Ermegelde et Nifridio monacho, sic iuramus in primis per Deum Patrem omnipotentem et per Iesum Christum Filium eius Sanctumque Spiritum, et per hunc locum venerationis sancti Ioannis, qui est situs in valle Vitraria ad latere Sancta Maria adplicitum, supra cuius sacrosancto altario has conditiones manibus nostris continemus et iureiurando contangimus, quia nos supranominati tutores bene scimus hoc [quod] suprascriptum est, et sicut in suo testamento nos videntes et audientes scriptum fuit et adhuc resonat; et nulla fraus nec malo ingenio hic impressa non est, sed secundum voluntatem ipsius conditoris est factum vel editum; [et] ad ea que scimus, recte et veraciter testificamus atque iuramus super hancnixum iuramentum.

Late conditiones VI. kalend(as) Julii anno II. Regnante Ludovico Rege, fili Leutarii Regi (6).

Sig✠nat Aurucio, qui tutor sum et hunc sacramentum iuravi.—Sig✠nat Egasina, qui tutrix sum et hunc sacramentum iuravi.

---

(1) Junto á Fanals, lugar marítimo del partido de La Bisbal en la provincia de Gerona. Más allá, junto al cabo de Creus, cerca de Rosas, estuvo en lo alto del monte el monasterio de San Pedro de Roda.

(2) San Vicente de Sarriá entre Barcelona y Vallvidrera.

(3) Campillo «primo»; pero es yerro manifiesto.

(4) Así Campillo, cuya lección es harto dudosa.

(5) Este año primero del rey Luís, hijo de Lotario, terminó en 1.º de Marzo de 987.

(6) 26 Junio 987.

Sig ⁜ nat Arvendi.—Sig ✠ t Gondamar.—Sig ⁜ t Vasallus.—Sig ⁜ t Joanne.—Sig ✠ t Vivan.—Sig ✠ t Senderedo.—Sig ⁜ Ermegildo Tenioso.—Sig ⁜ t Nifridio monacho. Isti presentiales fuere.

Ervigius (1) presb(iter) cognomento Marco, quiqui et iudex qui hec scripsi et sig ⁜ navi die et anno quod supra.

El Sr. Sampere y Miquel, que ha tenido cuidado de indicar las variantes arriba expuestas, me ha copiado igualmente (2) la porción de la copia por él poseída, que manifiesta dónde estaba y quizá permanece el texto primitivo, original y auténtico, de tan interesante escritura:

«Attestor et fidem facio ego, Hieronymus Gomis, apostolica atque Regia authoritatibus Notarius publicus Barchinonensis, secretarius et scriba negotiorum Mensae Episcopalis Barchinonensis, quod in quodam armario ligneo, recondito et custodito in Arxivo Palatii Episcopalis juxta curiam vicariatus Ecclesiastici Barchinonensis, in quo sunt per ordinem arxivatæ et reconditæ omnes scripturæ, privilegia seu Instrumenta Iurium redditum et emolumentorum Iurisdictionum, scilicet Baroniarum ac decimarum, feudorum, alodiorum, censuum ac fructuum ejusdem Mensæ Episcopalis ac Capellaniæ Beatæ virginis Mariæ nuncupatæ *del Condal*, in Ecclesia Parrochiali villæ Calidarum de Monte Bovino (3) diocesis Barchinonæ institutæ et fundatæ, eidem Mensæ Episcopali unitæ et incorporatæ, inter alia existit et invenitur quoddam privilegium, in pergameneo exaratum, cum aliquibus foraminibus ob vetustatem illius, cum inscriptione videlicet, *testamentum cujusdam Nobilis, nomine Mocion, qui legavit Ecclesiæ Paraliatam*, sub numero primo; quod vidi et legi et transcribere feci, quod est thenoris sequentis (4)... Et ut prædictis, licet aliena manu scriptis, in juditio et extra, ubique omnibus plena fides adhibeatur, ego idem Hyeronimus Gomis, notarius et secretarius relatus, hic me subscribo, et die... mensis Augusti anno millesimo septingentesimo sexto, meum solitum Notariæ appono signum...»

No obstante los esfuerzos que el actual Archivero del Palacio

---

(1) Campillo: «Georgius» y arriba «Borrellus», mal copiados ó leídos.
(2) Carta del 20 de Abril de 1904.
(3) Caldas de Mombuy.
(4) Sigue el texto.

episcopal ha hecho, por mí rogado, para dar con el original de tan precioso documento, han resultado inútiles hasta el presente. Pero leyendo los traslados, que me han servido para restablecer en lo posible la integridad del texto, á nadie puede caber, ni por asomo, en buena crítica, duda alguna acerca de la verdad y veracidad con que testifica la existencia de las iglesias mozarábicas de Santa María intramuros y de las Santas Masas extramuros de Zaragoza en los postreros años del siglo décimo.

3.

Enero, 1142.—Carta de confirmación y seguridad, que D. Ramón Berenguer IV, conde de Barcelona y príncipe de Aragón, hizo al Prior y Cabildo de Santa María de Zaragoza, á ruegos de la vizcondesa de Bearne, viuda de Gastón IV, sepultado en el cementerio, ó atrio, de dicha basílica.—Archivo del Pilar, arm. 1, caj. 6, leg. 1, núm. 2. Falta el pergamino original, conservándose tres copias manuscritas, que á él se remiten.

In dei nomine et eius divina Clemencia, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Raymundus Berengarii, dei gratia Barchinonensium Comes et Princeps Regni Aragonensis, ad honorem et laudem nominis dei et augmentum et corroborationem nominis christiani, et pro salute animarum Patris et Matris meę (1), et domini Regis Aldefonsi (2) bone memorie, et omnium peccatorum meorum remissione, et [ad] rogatum domine Talesie Vicecomitisse Bearnensis, facio hanc cartam confirmationis et securitatis tibi, Petro (3) Priori de Sancta Maria de Cesaraugusta et ceteris Canonicis ibidem deo servientibus et vestris successoribus ut populetis ibi libere atque secure, et serviatis deo et Beate Marie genitrici eius sub regula beati Augustini pro salute Animarum vestrarum et *anime domni vicecomitis Gastonis* et omnium ibidem in Christo quiescentium, quinimo omnium fidelium vivorum et defunctorum. In super concedo vobis et assecuro quantum habeatis hodie et Episcopus Bernardus

(1) D. Ramón Berenguer III y doña Dulce, condesa de Provenza.
(2) Alfonso el Batallador.
(3) Pedro Ramón de Ricla

dedit vobis (1) et quantum in antea deus et boni homines dederint vobis, hereditates, captivos, bestias, oves et boves, et habere, et quecumque omnia iure haberi debent vel possunt in Monasterio, ut habeatis hoc totum et possideatis salvum, liberum et ingenuum, de me et de omnibus successoribus meis et de omnibus hominibus, salva mea fidelitate et de omni mea posteritate, per secula cuncta.—*Sig✠num Rymundi Comes.*

Facta carta in era M. C. LXXX, in mense Januario, dominante me, dei gratia, in Aragone, et in Suprarbe, et in Ripacurcia, vel insupra dicta Cesaraugusta, aut in Barchinona; Episcopo dodo in Osca, Episcopus Bernardus in iam nominata Cesaraugusta, Episcopiis Michael in Taraçona, Gaufredus in Rota; Comes Arnaldinus senior in Buile; Comes Artalle in Osca, Lop Lopez in Çaragoça, Lop Sanz in Belgit, Artal in Alagon, Fortunigo Açenaris in Taraçona, Petro Taresa in Borgia, Sancio Enecones in Daroca, Comes [in Ayerbe], et Furtunico Gurrea frater eius in Boleia et in arcibus sive in arosta (2).

Et sunt restes Ramirus Rex, Vicecomitissa Talesa, Episcopus iam dictus Oscensis [et] Arpa (3).

Ego Raymundus de Boleia scriptor, iussu domini mei Comes, hanc cartam scripsi et hoc sig✠num feci.

Regía entonces doña Talesa el Vizcondado de Bearne, á nombre y por causa de la menoría de su nieto D. Pedro, huérfano de Centullo V. Ya en 1.° de Diciembre de 1135 había hecho la Vizcondesa donación de una heredad á Santa María de Zaragoza, en sufragio de su llorado consorte († 1131), que allí yacía: «concedo ecclesie sancte Marie *ubi predictus dominus Gasto, maritus meus, iacet.*» Otra escritura de donación hizo la Vizcondesa, que ha publicado el Sr. Miret (4), otorgada en 10 de Julio de 1144. Por ella concede á los Templarios todo cuanto poseía en Zaragoza; ciudad, dice, que Gastón, mi esposo y glorioso

---

(1) Fundando la Colegiata en el mes de Noviembre de 1138. Confirmó la fundación y bienes de la Comunidad el Papa Inocencio II, en su palacio de Letrán, á 15 de Diciembre de 1141 (Migne, *Patrologia latina*, tomo CLXXIX, col. 563).

(2) Ruesta, villa del partido judicial de Sos.

(3) Abad de San Juan de la Peña.

(4) *Cartulari dels Templers de les comandes de Gardeny y Barbens*, páginas 13 y 14.—Barcelona, 1899.

triunfador, adquirió á precio de su sangre: «pro anima domini mei gaston vicecomitis, qui eam adquisivit cum sanguinis effusione et gloria triumphali.»

4.

28 Diciembre 1181. Concesión que el obispo D. Pedro de Torroja hizo de todos los réditos de la iglesia de Hijar para la fábrica y culto de la del Pilar, con la condición de que perpetuamente ardiese una lámpara ante el altar de la Virgen.—Arm. VI, caj. I, leg. I, núm. I. Pergamino original: alto, 0,08; ancho, 0,18 m.

Ad cunctorum perveniat notitiam quod ego Petrus, dei gracia Cesaraugustanus Episcopus, bono animo et spontanea voluntate dono, laudo atque concedo domino deo et ecclesie Sancte Marie maioris de Cesaraugusta eiusdemque Canonicis regulariter professis, in perpetuum in manu domni Guillielmi eiusdem Ecclesie Prioris, ecclesiam de Ixar cum omnibus decimis et primiciis, oblacionibus sive defunctionibus suis, atque cum omnibus que ad eandem ecclesiam pertinent vel pertinere debent, ut omni tempore habeant et possideant canonici prelibate ecclesie ad restauracionem operis ipsius ecclesie et sacristie iure perpetuo. Supradictam autem donacionem facio eis solo intuitu misericordie et pietatis pro salute et remedio anime mee, et ut omni tempore exoretur deus in ecclesia ipsa beate Marie pro anima mea, salvo tamen in omnibus pontificali iure, scilicet quarto et cena, et Archidiaconi similiter, et semper teneant unam lampada accensam nocte ac die ante altare beate Marie pro anima mea et omnium successorum meorum.

Huius donacionis sunt testes Bernardus Archidiaconus, Guillielmus Archidiaconus, Petrus Sacrista, Johannes Prepositus, Egidius de Belchit et Johannes de Epila.

Facta carta V Calendas Januarii sub era M. CC. XVIIIJ.

Petrus Dei gracia Cesaraugustanus.

El texto se repite, con igual signatura, en otro pergamino, alto 112 y ancho 210 mm., que se trazó tan pronto como hubo fallecido D. Pedro de Torroja († 8 Marzo 1184) y fué confirmado por su inmediato sucesor D. Raimundo de Castellezuelo con esta cláusula: «Ego Raimundus, dei gracia Cesaraugustanus Episcopus, hanc cartam laudo et confirmo, et hoc sig✠num manu mea facio. Johannes, domini episcopi notarius iussione eius, hanc cartam scripsit et hoc sig✠num fecit».

Pocos años más adelante el rey D. Alfonso II de Aragón, hallándose en Perpiñán en Diciembre de 1194, consignó por su testamento (1) una manda, no menos crecida, para el culto de la Virgen en su templo del Pilar: «Concedo sancte Marie de Cesaraugusta villam de Mareta cum omni iure meo ad candelam perpetuo illuminandam; et dimitto ibidem unum calicem de tribus marchis (argenti), et unum turibulum de tribus marchis, et unam pixidem de una marcha.

El mismo Rey, un mes antes que falleciese († 25 Abril 1196), otorgó carta de protección y salvaguardia al templo, cabildo, vasallos y bienes ó heredades cuantiosísimas pertenecientes á Santa María de Zaragoza en todos los Estados de la Corona de Aragón; y otra carta de igual tenor por lo tocante al reino de Navarra, expidió D. Sancho *el Fuerte* desde Tudela en Agosto del mismo año. Confirmaron el privilegio de Alfonso II varios reyes que le sucedieron: D. Jaime I y su mujer doña Leonor en Calatayud, á 16 de Agosto de 1224; Alfonso III en Barcelona, á 6 de Septiembre de 1289, y Jaime II en Tortosa, á 17 de Octubre de 1295. Otros diplomas regios del siglo XIII que conceden señalados favores y donativos, y centenares de pergaminos inéditos del propio siglo y del anterior, atesorados por el Archivo del Pilar, cuyo índice llenaría no pocas páginas, he de transcurrir en silencio; mas para demostrar la fama universal de que gozaba entonces, y gozó antes y después, aquel centro de peregrinación, por muchos títulos enlazado al de Santiago de Compostela, bastarán los ocho documentos siguientes.

5.

Juslibol, 19 Marzo 1294 (de la Encarnación 1293). El obispo D. Hugo de Mataplana, con asentimiento del Prior y Cabildo del Pilar, reitera con apretadas órdenes su mandato al obrero del templo, para prevenir la inminente ruina del edificio, que se caía de viejo, y dicta disposiciones extremas y convenientes, dando á los feligreses de la parroquia parte en el consejo de inspección y administración de tamaña obra. Habiendo fallecido en Roma el obispo D. Hugo en 29 de Junio de 1296, y siendo luego

(1) Bofarull, *Documentos ineditos del Archivo general de la Corona de Aragón*, tomo IV, pág. 401. Barcelona, 18.

elegido y consagrado su sucesor D. Jimeno de Luna por Bonifacio VIII, fué conveniente sacar un traslado auténtico de la carta-orden para mantener su cumplimiento, que duraba por un decenio, en 17 de Mayo de 1297.—Arm. VI, caj. 2, leg. 3, núm. 2. Pergamino: alto, 28; ancho, 26 centímetros. Conserva el cordón del que colgaba el sello de la Curia del Vicariato de Zaragoza.

Noverint universi quod hoc est transumptum a quadam littera Domini Hugonis bone memorie Episcopi Cesarauguste, non cancelata nec abolita nec in aliqua sui parte vitiata, suo sigillo vero in dorso sigillata, et fideliter de verbum (1) ad verbum extractum de mandato et auctoritate Domini Dominici Arquerii, Canonici et Officialis Cesarauguste; cujus littere tenor talis est.

Hugo, miseratione divina Cesarauguste Episcopus (2), venerabilibus, in christo dilectis, Priori et Capitulo Ecclesie Sancte Marie Majoris Cesarauguste salutem cum caritate sincera.

Graves et assiduos clamores recepimus, qui conscientiam nostram stimulant, et nostrum animum inquietant, maxime cum *oculis nostris inspeximus* clamores hujusmodi justos esse, *de periculo* videlicet *Ecclesie Sancte Marie Majoris* predicte, *que manifestam minatur ruinam* (3) ac perniciosum dispendium, nisi sibi celeriter succurratur. Cumque frequenter monuerimus vestrum Operarium ut tanto periculo, prout ejus incumbit honeri, obviaret, ipse tamen monita nostra obaudiens, hujusmodi periculo prospicere non curavit. Unde nos, ipsius negligentiam et inobedientiam ferre ulterius non valentes, ac prefatis ruine et periculo paterna sollicitudine prospicere cupientes, de consilio et assensu vestro ordinamus atque precipimus ut omnes redditus ad operam vestre Ecclesie spectantes, tam in primitiis quam in aliis quibuscumque, deducta provisione Operarii supradicti, Subprioris etiam et Sacriste, et aliis que ordinarie incumbunt oneri opere (4) Ecclesie supradicte, per duos discretos de Capitulo vestro ac per alios duos parrochianos vestros, quos vos ac

---

(1) Sic.

(2) Fué consagrado en Roma el día 6 de Mayo de 1289, por el Papa Nicolás IV.

(3) En la primera mitad del año 1261, el Ebro, recrecido, se llevó el puente cercano al templo del Pilar y asoló por aquel lado toda la huerta de Zaragoza.

(4) De la obra.

vicini Ecclesie vestre ad hoc duxeritis deputandos, in fabricam predicte Ecclesie expendantur seu etiam convertantur, et quod per eosdem primitia Ecclesie usque ad decennium (1) attributetur seu vendatur, in operam preffate Ecclesie ut predicitur convertenda. Qui quidem Canonici et vicini, ad hujusmodi ut predicitur deputati, teneantur vobis et tribus de vicinis vestris de receptis et expensis rationem reddere omni anno, contradictores et rebelles auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam compescendo. Per hanc autem ordinationem non intendimus juri opere nec ordinationibus ac sententiis, per predecessores nostros habitis atque latis in posterum, in aliquo derogare. Data apud Deuslibol (2) xiiij Calendas Aprilis, anno Domini Milesimo cc.° xc.° iij.

Et nos Dominicus Arquerii, Officialis predictus, predicto transumpto, de mandato nostro extracto a predicta littera Domini Episcopi, nostram auctoritatem prestamus ut faciat fidem in judicio. Et ut ipsum transumptum maiori gaudeat firmitate, illud mandamus sigillo Curie Officialatus Cesarauguste appensione muniri.

Actum est hoc in Palatio Domini Cesarauguste Episcopi (3) xvi.° Calendas Junii, anno Domini m.° cc.° xc.° septimo, presentibus et ad hoc rogatis Dominis Eximino Lupi de Luna et Garsia de Lodosa, Jurisperitis Cesarauguste.

Sig✠num mei Garsie Eximini de Tudeli, Notarii publici Cesarauguste et Curie Officialatus ejusdem. Qui de mandato dicti Officialis predictum transumptum a dicta littera de verbo ad verbum bene et fideliter extrahi feci et sigillo ejusdem Curie sigillavi.

6.

Anagni, 12 Junio 1296. Bonifacio VIII otorga indulgencias á los que visitaren la iglesia del Pilar en las festividades y octavas que ella celebraba en honor de la Virgen, del Espíritu Santo, del arcángel San Miguel, del apóstol Santiago el mayor, de San Cristóbal mártir y de San Martín obispo de Turs, venerados en sendos altares del mismo templo. Esta bula

(1) Hasta el 19 de Marzo de 1304.

(2) *Deus le vol* (Dios lo quiere), grito de guerra del ejército cristiano que acampó en este lugar al sitiar á Zaragoza en 1118.

(3) D. Jimeno de Luna.

inédita no está registrada por la colección de Potthast. La obtuvo ó debió agenciarla el Obispo D. Hugo de Mataplana poco antes de su fallecimiento († 29 Junio 1296) con el objeto de llevar adelante las obras de restauración de la basílica iniciadas por él.—Arm. 1, caj. 2, leg. 1, núm. 1. Pergamino: alto, 42; ancho, 60 cm. Es un traslado de la bula y del documento siguiente (7). Letra del siglo XIV, hermosa y limpia, con mayúsculas iniciales de párrafo miniadas.

Hoc est translatum bene et fideliter sumptum a quodam privilegio Domini Pape, cujus tenor talis est.

Bonifacius episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus, presentes litteras inspecturis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Mirabilis Deus in sanctis suis, de ipsorum glorificacione congaudens, in venerationem beate marie virginis eo jucundius delectatur quo ipsa, utpote mater ejus effecta, meruit alcius sanctis ceteris in celestibus collocari.

Cupientes igitur ut ecclesia sancte marie majoris cesarauguste, que in honorem ipsius virginis gloriose dicitur esse constructa, congruis honoribus frequentetur, et frequentantes, pro tali labore, perpetue quietis munere gratulentur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam in singulis ejusdem virginis, et sancti spiritus, ac sanctorum mikaelis archangeli, Jacobi apostoli, et Christophori martiris, et martini episcopi et confessoris, in quorum honore in eadem ecclesia altaria sunt constructa (1), festivitatibus, et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, devote visitaverint annuatim, de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum petri et pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, unum annum et quadraginta dies de injunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus.

Datum Anagnie, II idus Junii, pontificatus nostri anno secundo.

No registra Potthast esta bula (2), como ya lo dije; ni la cita bien el P. Antonio Arbiol (3), ni D. Mariano Nougués (4), que le achacan el texto y la fecha del documento siguiente.

---

(1) El de Santa Ana estaría entonces en construcción ó se omitió distraidamente por el copista de la bula, que original no se encuentra.

(2) *Regesta Pontificum Romanorum*. Berlín, 1875.

(3) *España feliz*, páginas 305 y 306. Zaragoza, 1718.

(4) *Historia crítica y apologética de la Virgen del Pilar*, pág. 61. Madrid, 1862.

7

Roma, 20 de Febrero, Miércoles, de 1297. A todos los fieles que contribuyan con alguna limosna, ó con algún consejo para ella, á la obra del templo del Pilar, que corría grave peligro de arruinarse por causa de su *nimia vetustez* y *remota antigüedad*, ó lo visitaren en las festividades que enumeran, conceden indulgencias trece Prelados: Nicolás de Teano, Ventura de Gubbio, Guillermo de Urgel, Adenar de Huesca, Fernando de Oviedo, Gerardo de Arrás, Fray Bartolomé de Orta, Leonardo de Mothón, Fray Bartolomé de Foligno, Fray Lamberto de Veglia, Adán de Aversa, Volrado de Brandemburgo y Sabas de Mileto, bajo el supuesto de que semejante concesión fuese, como lo fué, aprobada por D. Jimeno de Luna, obispo de Zaragoza.—Hállase continuado y copiado este instrumento en el mismo pergamino que contiene el traslado de la bula de Bonifacio VIII.

Hoc est translatum, bene et fideliter sumptum a quodam privilegio ab Archiepiscopis et Episcopis ad Ecclesiam Sancte Marie Maioris de Civitate Cesarauguste concesso, cuius tenor talis est.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, Nos, Dei gracia Nicholaus Tianensis, Ventura Eugubinensis, Guillermus Urgellensis (1), Adenarus Oscensis, Ferrandus Ovetensis (2), Gerardus Atrebatensis, Frater Bartol(ome)us Ortensis, Leonardus Mothonensis, Frater Bartholomeus Fulginensis, Frater Lambertus Veglensis, Adam Aversanus, Vo(l)radus Brandeburgensis, Sabba Militensis (3), episcopi, salutem in Domino sempiternam.

Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus sive bonum sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire in terris que, reddente Domino, cum fructu recol-

---

(1) Fray Guillermo de Moncada, dominico. En 1295 estuvo de embajador de Bonifacio VIII en el reino de Sicilia y no regresó de Italia antes de 1298.—Villanueva, *Viaje literario*, tomo XI, pág. 107.

(2) Fernando Alfonso Peláez. Perseguido por el rey D. Sancho el Bravo, halló por este tiempo refugio en Roma.—*España Sagrada*, tomo XXXVIII, página 218.

(3) Murió en 1298, sin que sepamos el mes ni el día. Tuvo por sucesor en aquel mismo año al monje cisterciense Andrés.

ligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes quoniam qui parce seminat, parce metet; et qui seminat in benediccionibus, de benedicionibus metet vitam eternam.

Cum igitur Ecclesia Sancte Marie Maioris civitatis Cesaraugustе *pre nimia vetustate et antiquitate* minatur ruinam, et propter hoc reparatione indigeat festinata, ad quod sunt fidelium subsidia plurimum oportuna, universitatem vestram monemus et (h)ortamur in Domino in remissionem vobis peccaminum iniungentes quatenus, ut cohoperatores sitis operum caritatis et pietatis, accedentes ad vos eorum nuncios benigne recipere ac honeste tractare curetis, eis grata subsidia et pias helemosinas conferentes; et quod eisdem contuleritis in terris, cum multiplicato fructu recipere valeatis in celis.

Nos autem dictam ecclesiam prosequi cupientes spiritali munerum largitate, et nostros thesauros spirituales Christicolis aperire, quorum donorum illecti salutari dulcedine, ad ipsam in mentis jubilo et hymnis exultationis accedant, et semper querentium Dominum fiat ferventior devotio circa eam; ut igitur quicumque hanc ecclesiam, beneficia petiturus, ingreditur letetur se impetrasse in ea sue petitionis instantiam humilem [et] in eternam beatitudinem Christi futuram; omnibus vere penitentibus et confessis, qui predicte ecclesie limina in omnibus festivitatibus beatissime Dei genitricis Marie, et Sancti Spiritus, et Sanctissime Anne Matris ejusdem Dei genitricis, Sancti Jacobi, Sancti Christophori, Sancti Michaelis et Sancti Martini, quorum solemnitates et mira in dicta ecclesia celebrantur, et omnium festivatum in octavis predictorum, vel qui ad necessitatem et sustentacionem, luminarium, hornamentorum, pannorum vel aliquorum aliorum necessariorum predicte ecclesie pertinencium, et fabrice vel structure seu reparacioni dicte ecclesie manus porrexerint adiutrices, seu in extremis laborantes quicquam facultatum suarum legaverint, dederint, vel quoquomodo assignaverint, seu de bonis suis sibi a Deo collatis caritative contulerint ecclesie prelibate, vel ad hoc alios incitaverint, pro quacumque vice nos, de Dei omnipotentis misericordia beatissimeque semper virginis Marie et predictorum sanctorum omnium, necnon Petri et Pauli apostolorum atque omnium sanctorum meritis et precibus confidentes, singuli singulis singulas dierum quadragenas de sibi iniunctis et devote susceptis penitenciis, *dummodo diocesani consensus ad id accesserit,* misericorditer in Domino relaxamus.

In quorum omnium testimonium sigilla nostra presentibus sunt pressa.

Datis Rome, anno Domini M.° CC.° nonagesimo septimo (1), indiccione decima, Pontificatus Sanctissimi Patris Domini Bonifacii Pape anno tercio, die mercurii, XX.° mensis Februarii.

Ad hec nos, Eximinus Miseratione divina Cesarauguste Episcopus, indulgentias predictorum prelatorum, eidem Ecclesie Sancte Marie concessas, approbantes et videntes, eisdem nostrum prebemus assensum. In cuius testimonium presentes sigillo nostro pendenti fecimus comuniri.

De todas las naciones cristianas debieron aprontarse recursos y venir peregrinos á la iglesia del Pilar. El rey D. Jaime II se cubrió entonces de gloria, sosteniendo la causa de Bonifacio VIII contra su propio hermano D. Fadrique, rey de Sicilia. Casado con Blanca de Anjou, hija del rey de Nápoles, y distinguido con favores extraordinarios por el Jerarca supremo, atendió á consolidar y abrillantar su poder dentro de sus Estados hereditarios de la Península, obteniendo del Papa (1.° Abril 1297) facultad para crear una Universidad literaria que gozase de los privilegios que tenía la de Tolosa de Francia, con lo cual evitaba la expatriación de la juventud estudiosa y atraía la de otros reinos. A este plan político y religioso á la vez parece que obedeció el auge que por su parte prestó al esplendor y celebridad del templo y cabildo del Pilar, como en cuatro de sus diplomas (17 Octubre 1295, 23 Mayo 1298, 28 Mayo 1299, 19 Mayo 1302), que he visto y manejado, se manifiesta.

8.

27 Mayo 1299. La ciudad de Zaragoza concede amplios privilegios en personas y bienes á los peregrinos que de varias partes del mundo acudían á postrarse ante la Virgen del Pilar, ilustre por incesantes é innumerables maravillas.—Arm. 1, caj. 5, leg. 2, núm. 8. Pergamino original: alto 42, ancho 60 cm. Cuelga el sello mayor de la ciudad, que mide 88 mm. de diámetro.

A todos á los quales (2) las presentes venrrán. De nos los ju-

(1) En la copia: «octavo»; error que acaso provino de la fecha que pasa por alto en la confirmación, ó asentimiento, prestado por D. Jimeno de Luna.

(2) En el original no se marca ningún acento.

rados prohomes et la Universidat de la Çiudat de Zaragoza. Muitas saludes et buena amor.

Non solament en el Regno de Aragón, mas ante por toda Espayna et en muytas otras partidas del mundo crehemos seer manifiesto los muytos et innumerábiles miraglos quel Nuestro Seynor Jhesu christo feitos â (1) et cada dia facer non cessa en los ovientes (2) devoción en la gloriosa et bien aventurada virgen Madre suya, **Santa María del Pilar,** en la Glesia (3) de Santa María la Mayor de la Çiudad sobredita.

Ond (4), como de part de los honrados Prior et el Capítol de la dita Glesia ayamos entendido que algunos, ovientes devoción en aquel santo lugar, no osan venir en los peregrinajes ho romerías, por ellos en aquel prometidos, dubdantes ser Peynorados ho marchados en la dita çiudat por algunos, demandaron con gran instancia que sobre aquesto deviéssemos la dita Glesia de algún remedio provehir.

Nos empero, atendientes que la devoción de los fieles no conviene por alguna ocasión ser embargada; por esto, por las presentes, seguramos todas et cada hunas personas venientes en romería ho peregrinage á la dita Glesia de Santa María et portantes seynal de aquel. Así que ellos ni las compaynas et bienes que trayerán no sian peynorados ni marchados por algún veçino de la çiudat, de venida, estada et tornada, ni encara por alguna otra persona extraynya en la dita çiudat, ni en sus términos, es á saber, por deudos (5) en los quales principalment, ó por nopne (6) de fiadoría obligados sian, ni por alguna otra razón; si doncs (7) non será por maleficio que fiçiesen, por el cual conviniese á ellos encontinent responder et fazer dreyto á los quereyllantes.

En testimonio de la qual cosa las presentes mandamos con el siello mayor de la Çiudat pendient seer siellada.

Dat(um) Cesaraug(uste) VI Kalendas Junii, anno Domini M.° CC.° XC.° nono.

---

(1) Hechos ha, ó tiene hechos.
(2) Habientes.
(3) Iglesia.
(4) Por ende, latín *unde.*
(5) Deudas, del latín *debito.*
(6) Nombre.
(7) Si pues: del catalán *donchs*, francés *donc.*

Cuelga, de cinta listada de blanco y rojo, el sello de cera, que presento, reducido á la mitad de su grandor, en fotograbado.

Anverso: León rampante, coronado; y en la orla se lee:

+SIGILLVM C[ON]CILII CESARAVGVSTE.

Reverso: Muro con tres puertas y cuatro torres. Debajo, el león. Encima, la cruz patriarcal, que distingue también algunas monedas del Rey D. Jaime I en señal por ventura de haberse cruzado para la empresa ultramarina en 1269, que tan fatal había de ser á San Luís, rey de Francia. La leyenda está sacada del cántico de Zacarías y alude á la reconquista de Zaragoza por el ejército de los cruzados, que acaudillaba el rey D. Alfonso el Batallador en 1118: + BENEDICTVS [DO]MINVS DEVS ISRAHEL. Mas el *león* parece que fué debido, no solo á este monarca, sino también á su entenado, D. Alfonso VII de Castilla y de León; el cual (Diciembre, 1136), al enseñorearse de Zaragoza, se dirigió con acompañamiento triunfal al templo del Pilar, para ser allí aclamado y probablemente coronado rey de Aragón, como lo refiere su crónica (1).

No se conoce otro ejemplar de este sello preciosísimo sino el que halló suelto, en el archivo municipal de Tortosa, D. Fernando de Sagarra, y ha hecho público dos años ha (1), pero muy gastado y de fecha insegura.

9.

20 de Diciembre 1317.—Ofrenda de dos cuartales de trigo, que debían darse todos los años en la fiesta de la Asunción para la obra de Santa María del Pilar. Hizo este ofrecimiento Sancho López de Romeu Sanz, vecino de Sos, villa fronteriza de Navarra y capital de partido en la provincia de Zaragoza.—Arm. VI, caj. 2, leg. 1, núm. 3. Pergamino: alto 15 cm., ancho 26.

Sepan todos que yo Sancho López de Romeu Sanç, fillyo de Don Sancho López de Romeu Sanç, vecino de Ssos, por muyt grant devoción que yo he á Dios et á *santa María del Pilar de Zaragoza*, con pura et agradable voluntat, con aquesta present pública carta por todos tiempos valedera et en remissión de mis pecados: Do et assigno para todos tiempos para ayuda de la dita obra de la dita eglesia de Santa María del Pilar de la dita ciudat, dos quartales de trigo de la messura de Ssos, pagaderos en cada un año á la dita obra, por la fiesta de Santa María mediant Agosto, dentro en este dito lugar de Ssos al que por qualquier mandadero que yes (2) et por tiempo será de la dita obra; los quales ditos dos quartales de trigo quiero que aya la dita obra por todos tiempos cada año, por la dita fiesta de Santa María mediant Agosto, sobre toda la part mía de un molino et en la rueda de aquel, sitiado en término del dito lugar de Ssos, que yes clamado *la Rueda de la mançana;* el qual molino et Rueda affruentan con huerto de Don Julián Pérez de Pomera, et con vinya de Doña María Eneguiz madre de Don Gil Martinet cavalleyro, et con el Río mayor (3). Et yo estableíscome seer fianza de salvo por ser ende los ditos dos quartales de trigo á la obra de la dita eglesia de Santa María del Pilar por todos tiempos cada año por el dito

(1) *Importancia de la sigilografía.* Memoria leída en la Real Academia de Buenas Letras de Barcelona en 15 de Marzo de 1902.

(2) Allí es.

(3) Onsella.

tiempo como dito es. Doy obligación de todos mis bienes movibles et semovyentes en todo lugar. Presentes testimonios son desto Don Bartholomé de Castillejo clérigo et Juhán Nicolau veçinos de Çaragoça. Feyto fué esto xx días entrado el mes de Deciembre. Era M.ª CCC.ª Quinquagesima et Quinta.

Sig+no de mí, Juhán Pérez de Quinto, notario público de Zaragoza, qui de la suma por mí recebida (e)sto screbir fice.

10.

Martes, 31 Enero de 1324 (de la Encarnación 1323).—Cuentas de la fábrica del trascoro y altares de Santa María, rendidas por el obrero del Pilar al Prior y á tres canónigos del Cabildo.—Arm. VI, caj. 4, núm. 12. Pergamino roto, alto 142 mm., ancho 210.

Sepan todos que día martes, postremo día del mes de Janero anno Domini M.° CCC° XX° iij, present mí, notario, á los testimonio de iuso sequentes: Delant el *altar de Santa María del Pilar* de la Eglesia de Santa María la mayor de Zaragoza, don Arnalt de Siscar Obrero de la ditta Eglesia dió conto á los hondrados Religiosos don Gil Martínez de Oblitas prior, et á don Martin de Tabuenca Sozprior et don Martín Gerón almosnero, et á don Johán Danfisán canonge de la ditta Eglesia, de todo el traschoro del ditto pilar, et del altar de Santa María, et del altar de Santa Anna; del qual conto los dittos prior et sozprior et almosnero et Don Johán Danfisán canonge ffueron bien pagados por Razón que todas las cosas que fueron scriptas en el inventario feyto del ditto traschoro x° iij días entrada del mes de octubre próximo pasado (1), fueron allí por presentadas et trobadas. Et los sobreditos prior et sozprior et almosnero et Don Johán Danfisán canonge et el ditto obrero Requirieron á mí, notario que [desto como pasó] fiziese carta pública. Et presentes testimonios son desto don Pedro Sánchez de Aviego vicario de la sobreditta Eglesia et don Guillén de Rebla vezino desta ciudat.

Sig+no de mí, Juan Pérez de Quinto, notario público, que á las cosas sobredittas present fuí.

Para mayor ilustración de la nueva obra, ó reedificación del templo, que con tanta eficacia habían promovido el obispo

(1) Jueves, 13 Octubre 1323.

D. Hugo de Mataplana, el papa Bonifacio VIII, los prelados de varias naciones de la cristiandad y el Ayuntamiento de Zaragoza, según arriba queda expuesto, se conserva en el archivo del Pilar (Arm. VI, caj. 4, leg. 25, núm. 1) el *libro de Cuentas de la obra del año 1324*.

11.

Aviñón, 8 Julio 1399.—Letras testimoniales de las indulgencias otorgadas, diez días antes, á la milagrosa Capilla del Pilar, en el claustro de la colegiata de Santa María la Mayor de Zaragoza, y concurridísima de peregrinos. Es diploma original é inédito, de mucho interés para la historia de los Papas de Aviñón, refrendado en súplica por *P. de Metis*. Mide 28 cm. de alto por 36 de ancho.—Arm. I, caj. 2, leg. 1, núm. 4.

Universis Christi fidelibus Ferdinandus (1) miseracione divina Basilice Duodecim Apostolorum de Urbe sancte Romane ecclesie presbyter Cardinalis, salutem in Domino.

Pridem (2) Sanctissimus in Christo pater et dominus noster, Dominus Benedictus divina providencia Papa XIII.us, dum precelsa meritorum insignia quibus regina celorum, virgo Dei genitrix, gloriosis sedibus predita sydereis quasi stella matutina prerutilat, devote consideracionis indagine perscrutans, dum eciam infra pectoris archana revolvens quod ipsa utpote mater misericordie, pietatis amica, humani generis consolatrix, pro salute fidelium qui delictorum onere pregravantur sedula exoratrix et pervigil ad regem, quem genuit, intercedit, dignum quinymo debitum reputavit ut ecclesias, honore sui nominis dedicatas, graciosis remissionum prosequatur impendiis et indulgenciarum muneribus relevet.

Postmodum itaque per eumdem dominum nostrum Papam, accepto quod Capella *beate Marie del Pilar* vulgariter nuncupata, in claustro Ecclesie Collegiate sancte Marie maioris Cesaraugustane instituta, in qua cottidie, quasi hora crepusculi, *Salve Regina* cum versiculis et diversis oracionibus pro statu romani pontificis et sancte matris ecclesie ad honorem beate Virginis devote decantatur, ibidemque tam in eiusdem beate Marie Domini nostri Ihesu Christi genitricis, quam Sancte Anne eiusdem

(1) Fernando Pérez Calvillo, obispo de Tarazona.
(2) Desde su elevación al Pontificado en 28 de Septiembre de 1394.

genitricis matris, beatorum *Brauli Episcopi* ac Laurencii et Vincencii martirum festivitatibus, et cottidie dicta hora crepusculi, dum ibidem dicta salutacio *Salve Regina* decantatur, propter magna et crebra miracula que Deus precibus et meritis eiusdem beate Marie inibi operatur *de diversi mundi partibus* populi multitudo affluere consuevit, libris, ornamentis et luminaribus ad divina officia necessariis, necnon in aliis edificiis et suis reparacionibus indigere noscatur, pro quibus Christi fidelium elemosine sunt plurimum oportune:

Cupiens capellam ipsam congruis honoribus frequentari ut Christi fideles eo libencius causa devocionis confluerent ad eandem, quo ibidem uberius dono celestis gracie conspexerint se refectos, de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum eius auctoritate confisus, die vigesima octava mensis Junii, pontificatus sui anno quinto, nobis (1) presentibus, omnibus vere penitentibus et confessis qui in nativitatis, annunciacionis, purificacionis, assumpcionis beate marie virginis, necnon beatorum *brauli Episcopi*, laurencii et vincencii martirum, et sancte anne dicte genitricis Domini nostri Jhesu Christi matris, festivitatibus et per octavas earumdem festivitatum, singulis videlicet festivitatum predictarum quinque annos, octavarum vero predictarum, quibus Capellam ipsam devote visitaverint et ad reparacionem huiusmodi, sive pro libris ornamentis luminaribus aut jocalibus ni Capella necessariis habendis vel imparandis manus porrexerint adiutrices quinquaginta dies; necnon singulis diebus tocius anni, qui in decantacione dicte salutacionis interfuerint, centum dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer relaxavit.

Ceterum ut omnia et singula, que per eosdem fideles pro relaxacionis gracia consequenda offerri contigerit, in usus ad quos oblata vel donata fuerint integre convertantur, idem dominus noster papa, dicta die, sub interminacione divini judicii districcius inhibuit ne quis, cuiuscumque status condicionis vel dignitatis existat, quicquam de oblatis, vel donatis ipsis, sibi aliquatenus appropiet vel usurpet; volens nihilominus quod si quis hoc attentare presumpserit, non possit a reatu presumpcionis huiusmodi ab aliquo nisi apud sedem Apostolicam, ac satisfaccione debita

(1) El cardenal obispo de Tarazona.

per eumdem de hiis, que sibi appropiaverit vel usurpaverit, realiter prius impensa, nisi in mortis articulo, absolucionis beneficium obtinere.

Verum, cum propter nonnullas persecuciones, satis toti orbi notorias (1), proh dolor! eidem domino nostro pape oblatas obsidionemque manifestam in qua Avenione in palacio apostolico per octo menses et ultra detentus est, ac substraccionem bulle principalis sibi factam, littere Apostolice super indultis huiusmodi more solito *bullari et expediri non potuerint neque possint* (2), idem dominus noster papa nobis, Ferdinando Cardinali prefato, oraculo vive vocis comisit atque mandavit quatinus litteras testimoniales super indultis huiusmodi sub nostro sigillo duxerimus concedendas, ut Christi fideles eo libencius ad dictam Cappellam visitandam et alia premissa complenda invitentur quo dono celestis gracie inibi noverint se refectos.

Voluit autem memoratus dominus noster papa quod presentes nostre littere ad probandum plene omnia et singula suprascripta ubique sufficiant, nec ad id alterius probacionis adminiculum requiratur.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum, presentes nostras litteras nostri sigilli (3) fecimus appensione muniri.

Datis Avenione, sub anno a nativitate Domini milesimo trecentesimo nonagesimo nono, indiccione septima, die vero octavo mensis Julii, Pontificatus prefati domini nostri, domini Benedicti divina providentia pape XIII anno Quinto.

La capilla gloriosísima del Pilar, como la Gruta de Belén, y la Santa Casa de Loreto, era entonces, y siempre lo ha sido, parte principal y nuncupativa del templo. En 1435 fué pábulo de las llamas, que también echaron á perder las capillas y edificios del atrio interior, pero respetaron, como por milagro, la sagrada efigie de la Virgen. De la historia del templo del Pilar en el siglo XV ha tratado luminosamente el Sr. Nou-

---

(1) Véase Zurita, libro X, cap. 68.

(2) Clara prueba de la opresión que la Curia sufría.

(3) El sello ha desaparecido. El escudo de armas de este cardenal, obispo de Tarazona, está descrito en el tomo XLIX de la *España Sagrada*, pág. 213: «Cuatro cuarteles contrapuestos; dos con bandas amarillas en campo rojo, y los otros dos con cruces amarillas en campo azul.»

gués (1) realzándola con un plano (2), que hay en el Archivo. Réstame, entre tantos documentos de aquella época inéditos que he tenido á mi disposición, escoger y presentar el más sobresaliente.

12.

Santa María la Mayor de Roma, 23 de Septiembre de 1456.—Bula de Calixto III, donde narra la tradición histórica del Pilar y recomienda su devoción á los fieles de todo el mundo.—Arm. 1, caj. 2, leg. 1, núm. 5. Pergamino original que mide 34 cm. de alto por 56 de ancho y lleva colgado el sello de plomo.

Calixtus Episcopus servus servorum Dei, Universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis Salutem et Apostolicam benedictionem.

Etsi, Propheta dicente, Dominum in Sanctis suis deceat collaudare, in illa tamen per quam humano generi salus æterna apparuit gloriosa Beata Maria semper Virgine Christifera eo celebrius Deum laudari, et benedici, fundatasque in ipsius honore Basilicas a Christi fidelibus devotius venerari convenit, quo ipsa Virgo Sanctissima Redemptoris nostri mater effecta meruit in Cœlis præ ceteris Sanctis sublimius venerari et super Choros Angelorum etiam exaltari.

Cum itaque, sicut accepimus Ecclesia Monasterii per Priorem soliti gubernari ejusdem Beatæ Maria *de Pilari* nuncupata Civitatis Cæsaraugustanæ Ordinis Sancti Augustini, inter cæteras sub vocabulo dictæ Beatæ Mariæ Ecclesias Prima, *Beatæ Mariæ de Pilari* nuncupata, fundata fore noscatur, in qua dicta Beata Maria antequam ad Cœlos assumeretur cum Jesu Christo filio suo, et Domino nostro, Beato Jacobo majori in Columna marmorea apparuit, et ob hoc ipsa Ecclesia nomen Beatæ Mariæ *de Pilari* assumpsit ac inibi quamplurima et infinita miracula divina ex promissione dietim fiunt, nec non Christi fideles cum magna devotione et veneratione imaginem ejusdem Beatæ Mariæ et ejus filii in quadam Capella ipsius Ecclesiæ, quæ de mandato dictæ Beatæ Mariæ per dictum Beatum Jacobum fabricata

(1) *Historia crítica y apologética de la Virgen nuestra Señora del Pilar*, páginas 277-295.

(2) Pág. 262.

et Camera Angelica Dei genitricis de Pilari nuncupata et appellata extitit, colunt et venerantur, ac cum magna devotione visitare non cessant, et ad quam Capellam dilecti filii Prior et Conventus dicti Monasterii, necnon Nobilis Vir Ximinus Durrea Varo ac dilecta in Christo filia nobilis mulier Beatrix de Bolea, alias Durrea, ipsius Baronis conthoralis singularem gerunt affectum:

Nos, cupientes ut dicta Capella congruis honoribus frequentetur, ac in suis structuris et Ædificiis debite manu teneatur, reparetur et conservetur, necnon ipsi fideles eo libentius ad ipsam Capellam causa devotionis ad ipsam confluant, et ad manutentionem, reparationem et conservationem illius manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono Cœlestis gratiæ uberius conspexerint se refectos; de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus, et confessis utriusque sexus, qui Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, Purificationis, *Conceptionis*, Expectationis, Visitationis ad Beatam Elisabeth, ac etiam in ejusdem Beatæ Mariæ de Nive, necnon Sanctæ Annæ, et dicti Beati Jacobi majoris, ac *Sancti Braulii cujus corpus in dicta Ecclesia requiescit*, festivitatibus a primis Vesperis usque ad secundas Vesperas inclusve dictam Capellam devote visitaverint annuatim, ac manus porrexerint ut præfertur, singulis videlicet festivitatum septem, necnon, singulis diebus octavarum festivitatum earumdem, duos annos et totidem Quadragesimas, qui vero singulis diebus Sabbatinis cum cantatur *Salve Regina* interfuerint, centum dies de injunctis eis pœnitentiis, in domino misericorditer relaxamus, præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, Nono Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno secundo.

Flórez, al publicar esta bula (1), abrigó ciertas dudas sobre su contenido (2). La he trasladado fielmente del original, refrendado por Juan de Cremoni.

Madrid, 29 de Abril de 1904.

FIDEL FITA.

---

(1) *España Sagrada*, tomo III (2.ª edición), páginas 435 y 436. Madrid, 1754.

(2) «Assi se halla la Copia, que parece tiene algunos defectos materiales.»